



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Ab Innocentio VI. Creatj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Sermones multos, qui obfirmatos etiam animos
transadigunt,

Et alia quædam, ut habet Cortesius. Obiit Auenio:
ne anno 1358. Iacetque Tholosæ in Ecclesia Præ-
dicatorum.

AB INNOCENTIO VI. CREAT.

HELIAS DE ANTIBALDIS à S. Heredio, vulgo
saint Yriey apud Lemouicenses, Ordinis Minorum ex
Episcopo Uticensi Cardinalis, scripsit ingeniosè.

De vita contemplativa.

In libros Sententiarum.

Postillam in Apocalypsin.

Et alia quædam. Obiit Auenione an. 1367. sepul-
tus ad Minores.

GWILLEMVS FARINERIVS Gallus Franciscana
instituta professus in Monasterio de Gourdon diœces.
Caturcensis; scripsit, Ægidii Albornotii Cardinalis
rogatu, librum

De Cambiis, seu (ut ipsissimis Cortesij verbis utar,)
de mutuatitia negotiatione, ex quo facile intel-
ligi possit quot ex Nudinarum pretiis Nummi
in singula cætena permutationis nomine exigi,
& quando possint.

Sermones multos.

Commentariaq; super sacros, prophanosque libros
Obiit auenione anno 1361. Sepultus ibidem in
Ecclesia Minorum.

NICOLAVS ROSEEL seu Roselli Tarragonensis
Hispanus, ordinis Prædicatorum Cardinalis

Antiqua Pontificum Romanorum gesta prægran-

di volumine complexus est: Cuius exemplar tineis sulcatum Romæ vidi in Bibliotheca Collegij Capranicensis, præter alia duo exemplaria quæ in Bibliotheca Vaticana seruâtur: Eodem etiam volume habetur Commentarius de quadruplici Iurisdictione Romanæ Ecclesiæ in regnum Siciliæ. Obiit anno 1362. Sepultus Maioricis in Ecclesia Prædicatorum.

FORTANERIVS seu SERTORIVS Vasselli Aquitanus Ord. Minorum, ex Episcopo Massiliensi, & Patriarcha Gradensi Cardinalis, inclytæ famæ Theologus, post emensum philosophici studii decursum Sacrae lectioni cupide aduigilauit, scripsitque

Commentaria in libros Bibliorum.

Quodlibeta disputata.

Lectiones Theologicas in libros Sententiarum.

In libros 22. S. Augustini de Ciuitate Dei, vt notat Trithemius.

Sermonesque multos. Obiit Patauji an. 1362.

Ibidemque sepultus est in æde Sancti Antonii.

ÆGIDIUS ISSALNI DE BELLAMERA Gallus ex Episcopo Morinensi Cardinalis Umbriæque Legatus scripsit

Decisiones Rotæ.

Concilia in iure 148.

De pluritate beneficiorum & permutatione.

Supertitulo de foro competenti.

Super §. Contrahentes. Obiitque Auenione anno 1378.

ANDOINVS DE ROCCA Burgundus ex Abbe Cluniacensi Cardinalis S. Marcelli cui pacandæ Italiam

Nomenc. Sanctæ Romanae
 curam, numeroſo aſſignato exercitu Innocentius 6. de-
 mandauit; ſcripſit, ut notat Eiſengrein,
 Sermones diebus festis habitos. Obiit Viterbię
 anno 1369. Ibidemque ſepultus eſt.

A S. VRBANO V. CREATI.
 qui de voto & oratione ſcripſit, ut no-
 tat Eiſengrein.

A NGELICVS GRIMALDI è Grifaco Gal-
 lius Cardinalis Urbani 5. Nepos, & Archiepiscopus Aue-
 nionensis, ſcripſit, ut notat Eiſengrein

Antiphonas & facra reſponſa. Obiit Auenione
 16. Kal. Aprilis. 1387.

G VILLELMVS SVDRE Lemoūicensis ord.
 Prædicatorum, ex Episcopo Maſſiliensi Cardinalis,
 ſcripſit

De Mysteriis Sanctæ Crucis.
 Epiftolas plures in cauſis fidei ad diuersos, &
 Quædam ad argutias Logicæ ſpectantia. Obiit
 Auenione anno 1373. Ibidem ſepultus ad
 Piædicatores.

M ARCVS VITERBIENSIS ord. Minorum
 Theologus Cardinalis, ſcripſit, referente Cortesio,
 Summam Casuum Conſcientię: Iacetque Viter-
 bij in Ecclesia Minorum cum hoc Epitaphio.

*Marcus Viterbiensis ex ordine Minorum conuentualium Car-
 dinalis ab Urbano quinto ob ſuam ingentem in omni virtute glo-
 riam kalend. Ianuarij 1366. creatus. Viterbij, vitam vir sanctitate
 vita conspicuous obiens, nomen ſuum immortalitati consecravit, an-
 no Virginei partus. 1369.*

Quam